Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Setentiae LX spiritualis religiosis perutiles - Cod. Ettenheim-Münster 237

[S.l.], 1661

Deus, deus meus, ad te de luce virgilo

urn:nbn:de:bsz:31-127475

Visual Library

ſine cõſideratione finis proprij, efficiuntur tepidi,
inquieti, murmuratores, ambitioſi, iracundi, auari, lo-
quaces, ſenſuales, hiſtriones, & duriores quã ſæcula-
res ad pœnitentiã, & niſi Deus per miſericordiam
ſuã eos reuocet ac cõſeruet, in alia labuntur præcipitia,
à quibus nũquã poſtea liberantur, quia vt dicit S. Thom.
2a. 2æ. Religioſi ex malitia peccantes, efficiuntur peſ-
ſimi, & incorrigibiles. Et S. Aug. dicit, Quod ſicut nũ-
quã expertus ẽ meliores quã illos, quã illos qui in Monrio NB.
profecerunt; ita nec deteriores, quã qui in monrio de-
fecerunt.

Conemur igr nos Frẽs talẽ bonitatẽ in Monrio acci-
pere, præcedentibus præſertim ac viã nobis demõſtrãtibus
tot SS. Monachorũ millibus, vt ſimus meliores homines hu-
ius mundi, & magnã coronam acquiramus in cælis,
Vbi regnat D. Benedictus, & Dns Deus in ſæcula ſe-
culorum, Amen.

Deus Deus meus, ad te de luce vigilo.

Christe tibi viuo, morior tibi Chre, quid ergo?
Mortuus & viuus, ſum bone Chre tuus.

Epistola exhortatoria S. Thomæ, ad quendã, in
qua proponit idoneũ modũ ſalubriter acquirẽ-
di ſapientiã, ſiue humanã, ſiue diui-
nam.

Quia quæsiuisti á me, frater in Chro mihi charissime, qualiter te studere oporteat in thesauro scientiæ acqrendo, tale á me tibi super hoc traditur cōsiliū, vt p riuulos nō statim in mare eligas introire, quia per faciliora ad difficiliora oportet deuenire. Hæc est ergò monitio mea, et instructio tua.

1º Tardiloquū te eē iubeo, et tardē ad locutoriū ascēdentem.

2º Conscientiæ puritatē amplectere.

3º. Orationi vacare nō desinas.

4º. Cellā frequenter diligas, si vis in cellā vinariā introduci.

5º Omnibꝫ amabilē te exhibe.

6º Nihil quære peritꝫ de factis aliorum.

7º. Nemini te multū familiarē ostendas, quia nimia familiaritas parit cōtemptum, et materiā á studio subministrat distractionis.

8º De factis et verbis sæculariū nullatenꝫ te intromittas.

9º. Discursus super oīa fugias.

10º. Sanctorū et bonorū imitari vestigia nō omittas.

11º. Non respicias á quo audias, sed quicqd boni dicitur, memoriæ recōmenda.

12º. Ea quæ legis, et audis, fac vt intelligas, de du-

bijs=

bijs te certifices.
13º Quicqd poteris in armariolo mentis reponere ſa-
tage ſicut cupiens vas implere.
14º Altiora te ne quæſieris. Illa ſequens veſtigia,
frondes et fructg in Vinea Dni Sabaoth vtiles, quam-
diu vitã humeris proferes ac produces. Hæc ſi ſec-
tatg fueris, ad id attingere poteris, quod affectas.

Binæ Regulæ, ſiue documenta S. Ber-nardi, ad Religiosã perfectionẽ expe-ditè cõſequendã perutiles.

Si plenè vis aſsequi quod intendis, duo ſunt tibi
neceſsaria. Primũ eſt, vt ſubtrahas te ab oibg
tranſitorijs rebg et terrenis, vt nihil de eis cures,
ac ſi nõ eſsent. Secundũ, vt ita te des Deo, vt
nihil facias vel dicas, niſi quod firmiter credideris
Deo placere.

Primũ aſsequeris hoc modo.

1º Omnibg modis quibg potes te vilifica, te nihil re-
putando eſse, ſed credas oẽs hoẽs eẽ bonos et melio-
res te, magisq placere Deo.
2º Quæcunq audis vel vides in Religiosis perſonis,
puta bona intentione dici vel fieri, etiamſi cõtraria

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg